

Sigismundus Dei gratia rex Polonia, magnus
 dux Lituania, Russia, Prussia etc. dominus et
 heres. Significamus tenore presentium, quibus ex-
 pediat, quia licet nos superioribus annis, cupientes
 redditus episcopatus in terris Russia, que per
 frequentes paganorum incursiones nimium atten-
 uati, et semper ultimis discrimenibus expositi es-
 se videntur, aliqua ex parte releuare, quo per-
 sone reipublice ac locis illis necessaria et uti-
 les, ad eisdem episcopatus assumi possent,
 et valeant: preposituram monasterii et domus
 Miechoviensis sepulchri Domini Hierosolymita-
 ni ordinis sancti Augustini Cracoviensis Di-
 acesis, iuris patronatus nostri, ecclesie Brami-
 siensis, et eius episcopatus ascribere, incor-
 porare, et unire in conventu generali decre-
 vissemus. Ac super eam unionem, literas no-
 stras regias, sub appensione sigillo nostro
 concessissemus. Sanctissimus quoque Dominus
 noster felicis memoriae sancte Romane ec-
 clesie Leo papa decimus dictam prepositu-
 ram Miechoviensem ecclesie Bramisliensi
 ascripsisset, incorporasset, ac univisset, con-
 cessis ad eam rem literis necessariis, ac de-
 cernens licere et posse episcopum Bramisli-
 ensem pro tempore existentem, ipsius prepo-
 situra possessionem realem autoritate pro-
 pria, vacatione eius occurrente, libere accipere, et
 perpetuo retinere illiusque fructus et proventus,
 in sui episcopatus et prepositura predictae usus
 et utilitatem convertere. Tamen quia succeden-
 te tempore, multis regni nostri primoribus, no-
 bilibus, et terrigenis visum fuit exemplum no-

Monastica.

Lisowski.

1522

sium ad reliquas ecclesias, hoc modo, præter in-
stitutum fundatorum convertendum et cultum di-
vinum attenuandum. Nos magis et ferventissimis
præcibus, per plures annos et conventus gene-
rales impetiti, quo unionem ipsam eiusdem præ-
posituræ Miechoviensis ad ecclesiam et episco-
patum Premisliensem factam quidem, sed
hactenus nullum sortitam effectum, rescinde-
remus, et præposituram ipsam iuxta suam
fundationem, et morem conservare dignare-
mur. Quorum præcibus reverendus dominus
Andreas episcopus Premisliensis pro virili
quidem et bonis rationibus resistebat: verum cu-
pientes nos votis subditorum nostrorum satis-
facere, polliciti præfato Domino episcopo Pre-
misliensi et ipsius ecclesie, eam unionis ia-
cturam aliunde resarcire, præposituram ac
monasterium ipsum Miechovien. circa ve-
terem morem et ordinem conservandum decre-
vimus, tenoreq; præsentium conservamus, et de-
cernimus, ut deinceps vacatione ipsius occurrente,
nullum omnino impedimentum debebant ipsi fra-
tres, circa novi præpositi electionem, per nos Do-
mino episcopo Cracoviensi de more præstandi,
a quo piæ prætextu dictarum literarum unionis
habere et sustinere. Quasquidem literas de con-
silio consiliariorum regni nostri status utriusq;
cassamus, ac irritum vertimus, nulliusq; robo-
ris ac firmitudinis esse volumus, et decernimus
harum testimonio literarum, quibus sigillum no-
strum est appensum. Datum in conventio-
ne generali Petricoviensi feria quinta proxima
post festum sancti Valentini, anno Jesu
Christi, millesimo quingentesimo vigesimo
quinto. Regni nostri anno decimo nono.

Sigismundus rex.